UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvla Sancti Patris Benedicti

Benedikt <Montecassino, Abt, Heiliger>

Moguntiae, 1604

VIII. De Monialibus in genere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64533

Visual Library

De Monialibus in genere. Cap. VIII.

1 AD conſeruandam famam & conſcientiam & honeſtatem, cuſtodiendaque præcepta tum ſacri Concilii tum Pontificia, nulli Moniali liceat poſt profeſſionem exire à Monaſterio, & ad breue tempus, quocunque prætextu. Clauſura enim eſt vnũ & præcipuum de ſubſtantialibus in Monialibus. Quapropter eam cuſtodiendam præcipit ſub cenſuris & pœnis Pius V. per Diploma Cal. Februarii M.D. Lxix. datum, cuius ſummatiam, ne ignoretur hic apponendum duximus.

Primò. Nulla Monialis clauſuram exeat, præter quam in cauſa magni incendii, infirmitatis, lepræ, & epidimiæ: examinanda approbandaque in ſcriptis præter alios Superiores etiam per Epiſcopum aut Ordinarium.

Secundò. Quæ cum præfatali entia egrediuntur, foris ſtent tantum per neceſſarium tempus, & non vltra.

Tertiò. Aliter quam, vt dictum eſt, egredientes, & licentiam exeundi concedentes, aut comitantes, aut recipientes, incurrant excommunicationem latæ ſententiæ, à ſolo Romano Põtifice, præter quam in mortis articulo abſoluendam.

Quartò. Præter dicta egreſſæ, Præſidentes & alii Superiores licentiam concedentes, dignitatibus, officiis & adminiſtrationibus

ſint priuati, ad eadem & alia obtinenda i
biles.

Quintò. Omnia prædictis contraria
quoſcunque obtenta & obtinenda ſint r
cata: Nec aliter liceat cuiuis iudicare au
terpretari: irritumque ſit & inane, quic
ſecus, à quoquā ſuper his, quoquo modo
rit attentatum. Hæc igitur ad amuſſim
quoad egreſſum ipſarum Monialium
ſeruanda.

2. Non portent autem Moniales aut v
tur velis ſericis, aut criſpatis bauaris, ad
tanda ſcandala ſæcularium, quia haben
iuſmodi ſpeciem mali. Non teneant ca
neque habeant cameram, & cellam ſi
ſed altera earum priuentur, neque p
mant cantare in organis, ſine licentia P
ſui.

3. Prohibemus etiam, ne in Monaſteriis
nialium & Eccleſiis aliiſque locis earum
Viſitatorum & ſine Prælati licentia qui
audeant fabricare.

4. In Eccleſiis vero earum ſtatuimus, ne
Præter Capellanos ſeculares ſibi deput
permittatur M ſſas celebrare. In arbitrio
men Prælati ſit, ſi ex aliqua rationabili c
ſibi ſuper hoc viſum fuerit diſpenſare. M
ſtri autem, aut laici. aut Eccleſiaſtici, aut a
quiſquam ad earum Monaſteria accedere
permittantur, vt Moniales doceant ſon
aut cantum.